ut quid dicit. Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pharisaeorum non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo raca reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius reconciliari fratri tuo et tunc ueniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum eo in uia ne forte tradat te aduersarius iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis non moechaberis. Ego autem dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo. Si autem oculus tuus dexter scandalizat te eruе eum et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eam et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum repudii. Ego autem dico uobis quia omnis qui dimittit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam moechari et qui dimissam duxerit moechatur. Iterum audistis quia dictum est antiquis non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare omnino neque per celum quia thronus dei est neque per terram quia scabellum est pedum eius neque per hierusalem quia ciuitas est magni regis neque per caput tuum quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester est est non non quod autem plus est a malo est. Audistis quia dictum est oculum pro oculo et dentem pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam praebe illi et alteram. Et si quis uult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus uade et alia duo. Qui petit a te da ei et uolenti mutuari a te ne auertaris. Audistis quia dictum est diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequentibus et calumniantibus uos ut sitis filii patris uestri qui in celis est qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis nonne et publicani hoc faciunt. Et si saluos feceritis fratres uestros tantum quid amplius facitis nonne et ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos perfecti sicut et pater uester celestis perfectus est. Attendite autem iustitiam uestram quod non faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt in synagogis et in uicis ut honorificentur ab hominibus amen dico uobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua ut sit elemosina tua in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis non eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et uobis pater uester celestis. Si autem non dimiseritis hominibus nec pater uester dimittet peccata uestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem ieiunans unge caput tuum et faciem tuam laua ne uidearis hominibus ieiunans sed patri tuo qui est in abscondito et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in celo ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt. Nemo potest duobus dominis seruire aut enim unum odiet et alterum diligit aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mamone. Propter hoc dico uobis ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam uestimentum. Respicite uolatilia celi quoniam non seminant neque metunt neque congregant in horrea et pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis. Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de uestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem uobis quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus fuit sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic uestit quanto magis uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus aut quid operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester celestis quia horum omnium indigetis. Querite autem primum regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adicientur uobis. Nolite ergo esse solliciti in crastinum crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare ut non iudicemini in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini et in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui trabem autem in oculo tuo non uides. Aut quomodo dicis fratri tuo sine eiciam festucam de oculo tuo et ecce trabes in oculo tuo. Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas uestras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis et conuersi dirumpant uos. Petite et dabitur uobis querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester celestis dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis hec est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam quia lata porta et spatiosa uia que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam quam angusta porta et arta est uia que ducit ad uitam et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia numquam noui uos discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec et facit ea similabo eum uiro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit uerba mea hec et non facit ea similis erit uiro stulto qui edificauit domum suam super arenam. Et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et irruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihesus uerba hec mouebatur turba super doctrina eius erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei. Et ecce leprosus uenit et adorabat eum dicens domine si uis potes me mundare. Et extendens manum ihesus tetigit eum dicens uolo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus vide nemini dixeris sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait ihesus ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio ait domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic uade et uadit et alii uenit et uenit et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus admirans dixit sequentibus se amen dico uobis apud nullum tantam fidem inueni in israel. Dico autem uobis quod multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et isaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni uade et sicut credidisti fiat tibi et sanatus est puer in hora illa. Et cum uenisset ihesus in domum petri uidit socrum eius iacentem et febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surrexit et ministrabat illis. Et cum uespere factum esset obtulerunt ei multos demonia habentes et eiciebat spiritus uerbo et omnes male habentes curauit. Ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem ipse infirmitates nostras accepit et egritudines portauit. Et uidens ihesus turbas multas circa se iussit ire trans fretum. Et accessit unus scriba et ait illi magister sequar te quocumque ieris. Et ait illi ihesus uulpes foueas habent et uolucres celi tabernacula habitationis filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente illo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctibus ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius et suscitauerunt eum dicentes domine saluum nos fac perimus. Et dicit eis ihesus quid timidi estis modicefidei. Tunc surgens imperauit uentis et mari et facta est tranquillitas magna. Homines autem mirati sunt dicentes qualis est hic quia et uenti et mare obediunt ei. Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes sauui nimis ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes quid nobis et tibi ihesu fili dei ueni ante tempus torquere nos. Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis ite. Illi autem exeuntes abierunt in porcos et ecce impetu abiit omnis grex per precipitium in mare et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt et abeuntes in ciuitatem nunciauerunt omnia et illorum qui demonia habebant. Et ecce omnis ciuitas exiit obuiam ihesu et uidentes eum rogauerunt ut transiret a finibus eorum. Et ascendens nauiculam transfretauit et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem paralyticum iacentem in lecto. Et uidens ihesus fidem illorum ait paralytico confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se hic blasphemat. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum dixit ut quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata tunc ait paralytico surge tolle lectum tuum et ambula in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Uidentes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transisset inde ihesus uidit hominem sedentem in telonio matheum nomine et ait illi sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant discipulis eius quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester. Ihesus autem audiens ait non egent sani medico sed qui male habent. Uadentes autem discite quid est misericordiam uolo et non sacrificium. Non enim uenit uocare iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes quare nos et pharisei ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis ihesus numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt. Nemo autem mittit commissuram panni rudis in uestimento ueteri tollit enim plenitudinem eius a uestimento et peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres alioquin rumpuntur utres et uinum effunditur et utres pereunt sed uinum nouum in utres nouos mittendum est et ambo conseruantur. Hec illo loquente ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens quia filia mea modo defuncta est sed ueni impone manum tuam super eam et uiuet. Et surgens ihesus sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se si tetigero tantum uestimentum eius saluabor. Ihesus autem conuersus et uidens eam dixit confide filia fides tua te saluam fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum uenisset ihesus in domum principis et uidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat recedite non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta esset turba introiuit et tenuit manum eius et surrexit puella. Et exiit fama hec in uniuersam terram illam. Et transeunti inde ihesu secuti sunt duo ceci clamantes et dicentes miserere nostri fili dauid. Cum autem uenisset domum accesserunt ad eum ceci et dicit eis ihesus creditis quia hoc possum facere. Dicunt ei utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum et comminatus est illis ihesus dicens uidete ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in uniuersa terra illa. Egredientibus autem illis ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et ejecto demonio locutus est mutus. Et mirate sunt turbe dicentes quia numquam apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant in principe demoniorum eicit demonia. Et circuibat ihesus ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis quia erant uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. Nomina autem duodecim apostolorum sunt hec primus simon qui dicitur petrus et andreas frater eius iacobus zebedei et iohannes frater eius philippus et bartholomeus thomas et matheus publicanus iacobus alphei et lebeus qui cognominatus est thaddeus simon chananeus et iudas iscariotes qui et tradidit eum. Hos duodecim misit ihesus precipiens eis dicens in uiam gentium ne abieritis et in ciuitates samaritanorum ne introieritis. Ite autem magis ad oues que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate leprosos mundate mortuos suscitate demonia eicite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris non peram in uiam neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque autem ciuitatem aut castellum intraueritis requirite quis in ea dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes pax huic domui. Et si fuerit domus illa digna ueniat pax uestra super eam si autem non fuerit digna pax uestra ad uos reuertatur. Et quicumque non receperit uos neque audierit sermones uestros exeuntes foras domum aut ciuitatem illam excutite pulueres pedum uestrorum. Amen dico uobis tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam ciuitati illi. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus tradent enim uos in consiliis suis et in synagogis suis flagellabunt uos. Et ante presides autem et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis uos qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Cum autem persequentur uos in ciuitate hac fugite in aliam amen enim dico uobis non consummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum neque seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius et seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias beelzebub uocauerunt quanto magis domesticos eius. Non ergo timueritis eos nichil enim est opertum quod non reuelabitur et occultum quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere sed timete magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna. Nonne duo passeres asse ueneunt et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Uestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari quia ueni pacem mittere in terram non ueni pacem mittere sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus et qui amat filium aut filiam plus quam me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet eam et qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Qui recipit uos me recipit et qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis tantum calicem aque frigide tantum in nomine discipuli amen dico uobis non perdet mercedem suam. Et factum est cum consummasset ihesus precipiens duodecim discipulis suis transiit inde ut doceret et predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem audiens in uinculis opera christi duos ex discipulis suis ait illi tu es qui uenturus es an alium expectamus. Et respondens ihesus dixit illis euntes renuntiate iohanni que audistis et uidistis. Ceci uident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis uestitum ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere prophetam etiam dico uobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque nunc regnum celorum uim patitur et uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex usque iohannes prophetauerunt. Et si uultis recipere ipse est helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem estimabo generationem hanc similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes dicunt uobis. Cecinimus uobis tibia et non saltastis lamentauimus et non planxistis. Uenit enim iohannes neque manducans neque bibens et dicunt demonium habet. Uenit filius hominis manducans et bibens et dicunt ecce homo uorax et potator uini publicanorum et peccatorum. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius quia non egissent penitentiam. Ue tibi corozaim ue tibi bethsaida quia si in tyro et sidone facte essent uirtutes que facte sunt in uobis olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Uerumtamen dico uobis tyro et sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum numquid usque in celum exaltaberis usque in infernum descendes. Quia si in sodomis facte essent uirtutes que facte sunt in te forte remansissent usque in hodiernum diem. Uerumtamen dico uobis quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. In illo tempore respondens ihesus dixit confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo et nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue. In illo tempore abiit ihesus sabbatis per sata discipuli autem eius esurientes cepere uellere spicas et manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. Ipse autem dixit eis numquid non legistis quid fecerit dauid quando esuriit ipse et qui cum illo erant quomodo intrauit in domum dei et panes propositionis manducauerunt quos non licebat ei manducare neque his qui cum illo erant sed solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo sabbatum uiolant et sine crimine sunt. Dico autem uobis quia templo maius hic est. Si autem scissetis quid est misericordiam uolo et non sacrificium numquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. Et cum inde transisset uenit in synagogam eorum et ecce homo manum habens aridam et interrogauerunt eum dicentes si licet sabbatis curare ut accusarent eum. Qui ait illis quis erit ex uobis homo qui habeat ouem unam et si hec cadat sabbatis in foueam nonne tenebit et leuabit eam. Quanto magis melior est homo ouis itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini extende manum tuam et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium fecerunt aduersus eum quemadmodum illum perderent. Ihesus autem sciens secessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et comminatus est eis ne manifestum eum facerent. Ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit anime mee ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus annunciabit. Non contendet neque clamabit neque audiet quisquam in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non conteret et linum fumigans non extinguet donec eiciat in uictoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei demoniacus cecus et mutus et curauit eum ita ut cecus loqueretur et uideret. Et stupebant omnes turbe et dicebant numquid hic est filius dauid. Pharisei autem audientes dixerunt hic non eicit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum. Et cum uidisset ihesus cogitationes eorum dixit eis omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eicit in se ipsum diuisus est quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ego in beelzebub eicio filii uestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei eicio demonia profecto peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et uasa eius diripere nisi prius fortem alligauerit et tunc domum eius diripiet. Qui non est mecum contra me est et qui non colligit mecum spargit. Ideo dico uobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis quod omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis et ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc quidam de scribis et pharisaeis dixerunt magistre uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum ionae prophete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione ionae et ecce plus ionae hic. Regina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius et condemnabit eos quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis et ecce plus salomone hic. Cum autem immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Tunc dicit reuertar in domum meam unde exiui et ueniens inuenit eam uacantem scopis mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se et ingressi habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic nequam. Adhuc illo loquente ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem quidam ei ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi dixit quis est mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. In illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauiculam ascendens sederet et omnis turba stabat in litore. Et locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat quedam ceciderunt secus uiam et uenerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebant terram multam et exorta sunt propter quod non habebant altitudinem terre. Sole autem orto exaruerunt et propter quod non habebant radicem aruerunt. Et alia ceciderunt in spinas et creuerunt spine et suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam et dabant fructum aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei quare in parabolis loqueris eis. Ipse autem respondens ait illis quia uobis datum est nosse misteria regni celorum illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit qui autem non habet et quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis quia uidentes non uident et audientes non audiunt neque intelligunt. Et adimplebitur in eis prophetia ysaie dicentis auditu audietis et non intelligetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt nequando uideant oculis et auribus audiant et corde intelligant et conuertantur et sanem eos. Uestri autem beati oculi quia uident et aures quia audiunt. Amen enim dico uobis quia multi prophete et iusti desiderauerunt uidere que uos uidetis et non uiderunt et audire que audiuit et non audierunt. Uos ergo audite parabolam seminantis. Omnis audiens uerbum regni et non intelligens uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui semen accepit secus uiam. Qui autem in petrosa seminatus est hic est qui uerbum audit et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem radicem in se sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter uerbum continuo scandalizatur. Et qui in spinas seminatus est hic est qui uerbum audit et sollicitudo huius seculi et fallacia diuitiarum suffocat uerbum et sine fructu efficitur. Et qui in bonam terram seminatus est hic est qui audit uerbum et intelligit et qui fructum affert et facit alius centesimum alius sexagesimum alius tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis dicens simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines uenit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zizania. Et ait illis inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei uis imus et colligimus ea. Et ait non ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore messis dicam messoribus colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad comburendum triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis similis est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus cum autem creuerit maius est inter holera et fit arbor ita ut uolucres celi ueniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tribus donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas et sine parabola non loquebatur eis. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem aperiam in parabolis os meum eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis ihesus uenit in domum et accesserunt discipuli eius dicentes ei edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis qui seminat bonum semen est filius hominis ager autem est mundus bonum autem semen hii sunt filii regni zizania autem sunt filii nequam inimicus autem qui seminauit ea est diabolus messis autem consummatio seculi est messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit et prae gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abiit uendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia dicunt ei etiam domine. Ait illis ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et uetera. Et factum est cum consummasset ihesus parabolas has transtulit inde. Et ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent unde huic sapientia hec et uirtutes. Nonne hic est fabri filius nonne mater eius dicitur maria et fratres eius iacobus et ioseph et simon et iudas. Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt unde ergo huic hec omnia. Et scandalizabantur in eo. Ihesus autem dixit eis quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem eorum. In illo tempore audiit herodes tetrarcha famam ihesu et ait pueris suis hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et propterea uirtutes operantur in illo. Herodes enim tenuit iohannem et uinctum posuit in carcere propter herodiadem uxorem philippi fratris sui. Dicebat enim ei iohannes non licet tibi habere eam. Et cum uellet eum occidere timuit turbam quia sicut prophetam eum habebant. Natalibus autem herodis saltauit filia herodiadis in medio et placuit herodi. Unde cum iuramento confessus est ei dare quodcumque petisset. Illa autem ante instructa a matre sua ait da mihi hic in disco caput iohannis baptiste. Et rex contristatus est propter iusiurandum et eos qui simul recumbebant iussit dari et misit decollauit iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco et datum puelle et attulit matri sue. Et accesserunt discipuli eius et tulerunt corpus et sepelierunt illum et uenientes nunciauerunt ihesu. Audiens autem ihesus secessit inde in nauicula in desertum locum seorsum et turbe audientes secute sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam et misertus est eis et curauit infirmos eorum. Cum autem sero factum esset accesserunt ad eum discipuli eius dicentes desertus est locus et hora iam preterit dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Ihesus autem dixit illis non habent necesse ire date illis uos manducare. Respondentes autem dicunt ei non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Qui ait illis afferte mihi illos hic. Et iussit turbas discumbere super fenum et accepit quinque panes et duos pisces et respiciens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis panes discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt et quod superfuit de fragmentis tulerunt duodecim cofinos plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus et paruulis. Et statim compulit ihesus discipulos suos ascendere nauiculam et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et cum dimisisset turbas ascendit in montem seorsum orare. Uespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus erat enim contraria uentus. Quarta autem uigilia noctis abiit ad eos ihesus ambulans super mare. Et uidentes eum discipuli ambulantem super mare turbati sunt dicentes quia phantasma est et prae timore clamauerunt. Et continuo ihesus locutus est eis dicens confidite ego sum nolite timere. Respondens autem petrus dixit domine si tu es iube me ad te uenire super aquas. Qui ait illi ueni. Et descendens petrus de nauicula ambulauit super aquas ut ueniret ad ihesum. Uidens autem uentum ualidum timuit et cum cepisset mergi clamauit dicens domine saluum me fac. Et continuo ihesus extendens manum suam tenuit eum et dixit illi modicefidei quare dubitasti. Et ascendentibus eis in nauiculam cessauit uentus. Et qui in nauicula erant uenerunt et adorauerunt eum dicentes uere filius dei es. Et transfretantes uenerunt in terram genesar. Et cum cognouissent uiri loci illius misserunt in uniuersam regionem illam et obtulerunt ei omnes male habentes et deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt saluati sunt. Tunc accesser

nre consequens Nec g̃ nobis quid tibi videt licet
tenuissimi census aut nō p̃ detestacō ni teneri de
nulla aū nequissima lege s. p̃natū consilū adhibitis ea
dē · s. adulacō ibi Quid me temptatis ypocrite
qz ypocrita aliud voce et aliud ope intendit. p. ps
fuerūt os suū ni celū et lingua eoz tenuissimi ni tra
p. exhibiti sūt simones et ipi sūt iacula. aj. p. venīt
ad vos ni vestimentis ouiū et s. eoz dūs omnia intelli
gens p. Qi ascendebat ni celū et s. idest ni celū qi fige
me amator celestia et s. mfectū idest flagella timo
pēns sūt orbate simones ad obitatem et s. adducti
mus ymo ī iudicū et s. Quid me temptatis ypo
crite nō ad verba qz ad corda vidit ni hō qz laudes
p̃ reprimit dat intelligi qz nullo de laudari qi non est
dignus laudari qz reprimendo vitā plenā minuendo
os multa cōmississe de quib⁹ debebat erubescere. ps. c.
Que g̃ fuerūt timentes ī illis ni quib⁹ nisi erubescatis
qi reprimat ad temp⁹ pēs minuendo de ē ni loco exi
lij de quo dz multū doleus mi⁹ illa heu mea qz tribu
latus meus prolongatus est Qi reprimat ad futura timeret
multa de iudicio de quib⁹ dz timendo p. a iudicijs tuis
timui. ille laudari pt qui nec de preteritis timet nec
de p̃tis posse doleri nec de futuro debeat timere ec.
Augz sup p. duo sunt genera pscientiz. s. virtutū aīe
et adulanoz plus sequit⁹ lingua adulantis qm mens
p̃sequentis debent g̃ adulatores g̃ vacūe virtutū p̃
qz sunt auceps. ynd 29. ho qm blandis fictis qz dulcib⁹
et s. Cedō sunt dies sirene dulces aīas ni p̃tis dormi
re cupientes ysa. 13. delubris voluptatis oppone sunt
pisces marine hūtes opem mulieris qne ita dulciter
cantāt vt naufragas obdormire faciūt ysa. 3. populi mei
qui beatū te dicunt ipsi te decipiūt et s. Qi debent claudere
aures suas oppis idest cōpha sonis diuis cā 28. Oppi
anes tuas oppuis et noli audire lingua nequā ps. fos
ad p̃tencā p̃cantes mortiferos siquidē cantus audi
debemus audire et tristes. Deinde sunt ibi scorpiones et
apes Scorpio blandit⁹ facie qz cauda pūgit. apis mel pnit
in ore qz pungit ni pacto postea. Sic et tales ni facie
laudant qz in absencia vituperant ps. ad mūdū os filiā dēs
ungūt ungēta vipā occultāt capto que si nō paciat capto
celatur. Deinde est pus nō posse qm̃ mi⁹ pricli est cū
veneno cum blanda adulacō occulto sunt ibi sculptores
fuerunt cui similes blandis ibi dicit ēps ni tanto quē
nequit quis nisi nutrigans fuerit eius carnifex et s.
eū appetendo Qz non dz aliquis credulo vt eū fuerit vel
ibi adulacōnis ipugnet. p. ibi ad p̃cepta ec s. ysi
p. asellorū sūt vulnera diligenter qui fraudulenta ostula
adhibuit Deinde ni g̃ notatū ad verificacōnē est cōfutatio
iudeox p̃ publicā usuram de qua sequit Dicite mihi
numisma census Ō cōfundit aperta questionis p̃texto
ni p̃ vera quox p̃mū est solui numisma. deinde ostensio

misi pecunie ibi et ait cuius est ymago hec et scriptura
et 2m̃ diffinit questionis ibi ait illis reddite et s. ostendit
mi numisma census idest denarij p̃ censu qm valebat de cem
denarios vsuales et habet ymaginē cesaris et scriptōnē
sūmissima aut p̃ genus. s. p̃s ipa species ymagis sūmo. s. illius
cui scriptura ait illi obtulerūt ei denarium. s. qm habet
ymaginē cesaris. s. qui cuit vsualis et aut illius illic cuius
ymago hec qm̃ ad figurā cesaris et scriptōnē qm̃ ad scri
turā nobis nō dixit ex ignorancia p̃ vt eos ī vāsione cen
sitaret Dicunt ei p̃nsci cesaris scripte nomē denarij
scribit⁹ cesarē hic nō putemus augustū idest octauianū q
ā mortuus fuerat p̃ tiberiū p̃ p̃m̃ sub q̃ dūs passus. s. omēs
cū reges vrbi a julio cesare cesares dicti⁹ sic ab octauia
no augusto augusti nominat⁹ Tūc dicit illis ihc Reddite
q̃ sunt cesaris cesari. s. tributū et pecuniā p̃ qua vos
cōstituit illi subiectos et que sunt dei deo. s. decimas
et oblacōnes et hostias. Nō iz. cū tributū et s. vt p̃ augu
sto cesare exigit ipsorū sue ymagines sic et dē augusto
sue ymagine signata Signat⁹ cui ihc ad ymaginē dei. s. p̃
multitudinē sic denarij ad similitudinē regis sui ambo
Qi alia sit ymago dei et alia mūdi. s. nō vis ea obsequijs
cesaris. s. noli hoc qm̃ sub mūdi Qi vis ei deo vero multa
debes omnia tua relinq̃ p̃ sequere. p. qm̃ sūt cesaris
reddenda sūt. scm cui p̃t quis esse discipulus nisi p̃ gemitus
nerit mūdo Spiritualiter hic tria notant⁹ p̃ quem⁹ q̃ ostēn
sio denarij. ostēdit mysteria scripture oblatū. deinde sequit⁹
diffinit audiebat reddi. p. denario sunt tria mala
pondus et scriptura cui ymagine. ayaricia est opacā bona
et mala argentea vt stagnea. pondus est ītegra vera vt
prava Job. 28. qui ponit pondus. ymago diaboli et aut
pa. ymago dei est qm̃ cap. 14. Sic ptinuit ymaginē ce
saris sic ptinet ymaginē celestis. Scriptura est
cognitio humilis ad imitacōnē de vt scripta ad imita
cōnē diaboli humus denarij cōsilio fiebat ni mysteria q̃ qm̃
metuenda est questio Reddite mihi numisma cēsus
hominē. s. mitigē volatili exterioz similacōnis obiun
biatū dñi ad p̃nās experiendū caut. 2. vnde ni suadē
tia idest cōstantiam. felix qui potuit dicere conscientia nra
est mea et aurā deinceps me letificat. Et ideo sic
ni iudicio de ymagine. s. cuius est ymago hec et s.
ymago cesaris est ni scriptis quesitū. cui cesar pos
sidens p̃ capitū q̃ est diabolus. ymago virtutū vi
luxuriosis q̃ mutauerūt gloriā in similitudinē vi
tiū. ymago bestie in anapo. 14. q̃ adorauerūt
ymaginē bestie 20. Reddite q̃ que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo q̃ ibūt hij ī scriptura
et illa 20. quā Reddite nequit ni nūmisma cen
sus de qua mulier idest anima oblata quoslibet
drachmā ardens domus sua idest cōscientia et s. pe
nario sunt q̃. s. magna pondus ymago et scriptōra
ayaricia est aurū ni qui sequit obscurata q̃

signatores
vituperi

sicc et fatua mulier que deputasti me tē te et ℭ Jhū
notandꝫ ꝑ ꝙ ꝙ ordꝫ requisitꝰ in denario et ostia hyb re
quisitꝰ dñs in homīe ꝑ̄ est ymago ova ꝙ spūalit ꝑt in
telligi ordinatꝫ annon in homīe ꝓ. q. deus cognitas ℭ
Odiū est suppleco ꝙ debent esse obpta ꝓcepta ultis
naturalis illis. ℭ. tobie. q. quo tibi odiū fieri vis alīi
ne alij faciāt. ad. ſ. Omnia quecūꝫ vultꝭ vt faciāt vobis
homīes et ℭ Deinde articli fidē. Deinde est gūtas. ꝙ illo
denarius est bonus quia in statera dependitur luc. 19. cum
mutuatꝫ filius ad nupcias et ℭ Quarto est ifflexibilitas
nō est denarius bonus qm de facili plicari ꝑt cū. ij. sim
mabitꝰ in illo et non flectetur ep̄s. q. Solitꝰ locū dño
dicā. Quinto est dulcis omnis potus. q. Si quis loquitꝰ qñ
omnes de Sexto est integritas ſc̄ placet de cui deest
fides alicuius articli vt obſtinatꝰ alicuius ꝓcepti. Jac. 2.
Quicūꝫ totam legem servauerit offendat aūt in uno factꝰ
est omīū reꝰ

Dñ 2ª post festū trinit.

Loquente ihū ad turbas ecce ꝑncips u
nus et ℭ ad. ſ. luc. 8. ad. ij. Agit⁹ cui⁹ ꝙ
euāgliū de ꝙ lapide angulari qm duos
in se ꝑietes recepit undeos. ℭ et gentiles. Agit⁹ cui⁹ de
suscitacōne filie archisinagogi ꝙ quā signate⁹ imago
ea in fidelitate mortua. Agit⁹ cui⁹ de mulieꝛe fluxū san
guinis patiente cuius mūdacō genuā est salnacō omnī
cui⁹ ad fidem. ℭ. vt ꝑsens euāgeliū moraliter exponatꝰ
ꝓ quo intellectu due ꝓpositiones sūt hyemīt de dilā
de quaꝛ ꝑma est ista filia iairi ꝑncipis sinis archi
sinagogi mortua mediante patre ejecta tuba et tibi
cinibꝫ assūptis ꝑ̄ et mīs petro et iacobo et iohāne
ꝙ manū xp̄i ejecta a dño corpaliter suscitabatꝰ ꝑtaꝙ alia
ꝙ pīm ꝙ mortis ostitudinē erāt filis cōpta. ꝙ cō
similia media spūaliter cuiatꝰ ℭ ꝙ ꝑma ꝓto ℭ ostensꝫ
hystorice euāgliū in ꝑncipio et immediate post finē euā
gelij in ecclia recepta in eodem cap⁹ vñ in ꝑncipio euā
gelij de Loquente ihū ad turbas ecce ꝑnceps unꝰ
loquente mḡ ihū metaphoricē cui⁹ discipli⁹ possit ꝙ
xp̄i et ꝑfidei recommendāt et ℭ Ecce ꝑnceps unꝰ ꝙ ad.
luc. archisinagogi et nōīe iairus accessit. vbi tria
ad ꝓpositū sūt notanda. ℭ nomen officiū et potencia.
nomē ꝙ iairus idest illuminatꝰ officiū ꝙ archisinagogi
idest ꝑncips synagogi. potencia ꝙ ꝑncips. Hic ꝙ ac
cessit ꝑsonaliter et adorauit eum ꝙ dicens Dñe
filia mea etc ℭ vñ hic nōīs ꝙ ihū ꝙ in archisinagoge
ꝑtaꝰ nōīs ꝙ. causa cui⁹ petendi. ℭ efficiens ꝙ iairi
ꝑncipis fervor ꝙ cadit ad pedes. marci. vbi mirabile in
domū. finis ꝙ unica filia erat. Dñe filia mea ꝛc ꝑ
fectiꝰ potēciā ibi Dñe. ℭ ꝙ omnia potens sōlꝫ exprīt
suā in digenciā ibi filia mea nō audita nō visa ꝙ
filia defuncta est nō q̄ms egritudine infirmata ꝙ defun
cti ui mḡri nō in corpꝰ inuectiua. Tercio petit ma
dicā ibi Quem ℭ duo remuliuntur dicit ꝙ Quem

ꝑsencialit et impone manū ꝑ tuā ꝑ̄ et uiuet
facte Et ourgens ihūs abiit cum eis et dis
cipuli eius cū ꝙ. in quo ꝙ gouꝰ datur forma obediendi
subditis cū tñ facile adquirunt suo ꝓpoꝛ. Item multis ab
sequendi et plātis arās mortuas ourgitādi ꝙ Surgens
ī auxiliū pūtēdū adquirit in ꝑfectōne ꝑsentiendū ꝙ cū
discipulis in cōplemēto ꝑfectōis Et cū uenisset ihūs in
domū ꝑncipis et uidisset tibicinas et ℭ v agit⁹ de
suscitacōne puelle quo ad duo ꝑ̄ de suscitacōnis ostē
nē. 2º ꝙ ad modū ibi cum ejecta esset turba Circa ꝙ
ī uno sinis tibicines tumultuātes et uisores tibicines
agit instrumenti Et cū uenisset ihūs in domū ꝑn
cipis archisinagogi potuit eum ℭ animasse in via ꝙ
suū centuꝛionis animauit ꝙ. ſ. Et uoluit vt eundem
esset misaciū misit ꝙ domū. cū uidisset ꝙ tibicines
. ſ. eaꝛmē lubricantes dulciꝫ tñ tres ad exequias vo
cabant vt suo carmīe alios ad luctū ꝓuocaret. ꝑ. q. vo
cate lamētatrices. xp̄ianas aūt nō licet tres hoīes ꝙ nō de
bet mēs ꝓlabilit⁹ ligeus vel flexo tumultuosos agunt ī
bis de quibꝫ dī Et turbam tumultuantē ℭ cum tres
ibi turbatos et tumultus et ejat orgnū mortis puellā cui⁹
cum ifirmꝫ uult quies in domo eius. Et cū ifirmi mor
tuus fuit tibicines cantāt uisores agunt signus Et
omnibꝫ istis ait ihūs Recedite nō est a dño et dant
tatis lucti uāi sonū cui mortua est puella ide mor
te māsura ꝙ dormit qi dicebat ita de facili et ita ītegra
suscitabit⁹ ille dormit. et de corpore suscitato ꝑ
qđ mortuos suscitādos cōpat aptius dormētibꝫ tripli
ci. q. Solum⁹ vos ignorare de dormētibꝫ et ℭ Lazarū
ꝙ Lazarū dixit dormit. p. xi. Sic et ista puella dormit
dixit Crisos. Tranquillus portus est mors plena cum
malis est vita ꝑsens. ꝙ Conūte aīā mea ī requiē tuā ꝙ
deus ꝛc. Et irridebant eum Hic dep̄detꝰ in aurib⁹
ꝑncipū nec inquitꝰ nec arguit eos ꝙ quāto maior fue
rit risus tanto maioꝛ erit postea confusio Et irridebant
eum ut dicat luc. ſ. scientes ꝙ mortua esset. vñ ꝑ
uasū ꝙ gouꝰ quasi a domo excludi meruerit ꝙ. ſ. de
ridebant eū gl̄ꝛ ajentes excluſi sunt qui deuotos pau
pertatis qui credere nolluerūt qui credere indigni uitę resurrectōnis
miraculū Et cum abiecta fuisset turba ꝑ ponit⁹ ope
racōnis modus in quo tria occurrit ꝙ remoto cui⁹ turbe
impedientis. sed opaco causa efficientis ibi intrauit
et tenuit manū tocaū obediēcia ejectus ibi Et
surrexit puella. dicit ꝙ cui ejecta est turba. ſ. lamē
tancū et tumultuāncū et derideneū. ꝑ. 22. Circū dent
sore et exhibit eī co uiuꝫ intrauit et est ꝑ argu
mentū ꝙ gouꝰ ꝙ prius ejectꝰ culpa et sic ingrediꝰ
gra intrauit ꝙ loci ubi mortua iacebat puella
eī ꝑr et mr petro iacobo et iohanne cui ꝑcep
ay. q. luc. ſ. vñ ꝑ notandꝫ ꝙ ambo ꝙ paucos ubi
es rōnis puellę xp̄us fuit in quo sign ꝙ a paucis

sec vo crededa fuit hos aũ tres discipulos dns premisit
mtdesse transfiguracõm ore as̃p. suũ ore agone r limc
orsolitacõm. p aũ epm ih̃o facat dns ppt̃ p dnoz tm̃ dig
nitate vb ppt̃ orgnificada fidẽ tm̃itatis p vcda vb i
ppt̃ orpficada testimoniũ qz i ois dnoz vb tm̃ ot o deut
19 vb ppt̃ oim statuũ eccliẽ orgnificacõnẽ vb cõmdacõnẽ.
p petrũ em̃ q vxoẽ legit̃ hmsse orgnat̃ cõ nugatu
p johanẽ q vnxo fuit virgines p iacobũ i ordinũ assũ
pt̃ virgo fuisse non vxoẽ habuisse status vidualis.
pcẽm aũ et mẽz puellc mortue premisit ihc mirabo
ppt̃ oz cõsolacõnẽ ppt̃ oz orsolitatẽ et ppt̃ oz testa
ficacõnẽ Cũ g ihc cum istis ad mortuũ venisset
tenuit manũ eius et dixit clamãdo vt legit luc. 8
puella oĩrge. vbi aũ clamauit no fuit ex natiuitate
ex partu dr q pocius ex vtilitate ex partu ppti et ih̃
ad ondendũ aiẽ a corpe elongacõnẽ qz corpa erant i loco
et aiã forte i limbo et ad oz qui sors erat edificacõ
nẽ sad excludendã eam ortibe artis magice orpicõnẽ
et ad demostrãdã oz qm derisserit falsã opinionẽ
et ore suscitauit puella qz multa eum mouerunt vbi
et patrũ. hys orponit p declaracõne pme partis qstois

C p declarationis ordo partis est ordo g p puellã mor
tuã aiã p patrũ mortua figurat̃ p quo ostendit g p thes
mortuos quos dns suscitauit tres differencias pcẽ q fuit
p augm̃ ni cõtra facto et consuetudiẽ congruis designat̃
pma dnũ pcẽ est in domo ubi est i corde ore puella mortua
qũ libidinẽ consentit. alteri dnũ est qui pcẽm i facto ex
plet ppetrat̃ qd figurat filius vidue deluto ext̃ portã
terria dnã in pdictã cõsuetudiẽ quis p lazarũ quatri
duanũ in sepulc̃ fetentẽ congrue figurat̃ et g pu
ella orgnificat pmã dnã pcẽ pter est i aio g qui ubi
pcẽ pt̃ wgauit et dicere filia mea modo defuncta
est ot o C cui hic ordo est p gouẽ orip hic ca. 8. q
